

Resolutio Quaestionis historica

De aetate, conditione, Patria, et Nomine Auctoris Historiae

De Septem primis Duibus Hungariae; cui titulus.

Anonymi Bela Regis Notarii Historia Hungarica.N^o 62

Cel. Belius, primus Auctoris hujus ē manuscripto ^{codice} Augusta bibliothecae
 Editor limites aetatis inter intra Belarum Epocham definitos
 reliquit, scilicet inter Annum 1060, et 1240, à Bela I. ad Belam IV.
~~Nomen autem Auctoris~~ De Auctore codicis, inquit, non est facile
 statuerē, nam et aetas in obsuro posita est, et nomen obliuiscatum,
 neque expedit rationes, muneris rationes; qui hominem in Bela I
 tempora reponunt, faciunt illi quidem aliquid, quod vix cum ratione
 fieri poterunt. Si enim velint Stylium Scriptoris in ejus opinionis
 praesidium advocare, idem illud argumentum et reliquorum ejus nominis
 Regum aetate militabit. Enimvero idem fuit, quod est in auctore
 nostro dictionis ingenium sub Bela II. III. et IV. ut proinde
 non tam de aetate, quam vita auctoris genere conjectandi nobis
 ex stylo, nascatur occasio. Sacerdos minimus fuit, multis tamen
 ac diversis laboribus saeculi negotijs impeditus, ut habet in Prolegom.

His rebus, Sacerdotio nempe, neque temere obvia ijs tem-
 poribus eruditione, factum est, ut notarius fieret Bela Regis, tum
 quod à Profanis viris aberat, qualecunque liberarum Studium,
 tum quod Sacerdotibus tatus credi posse arcanorum cune
 Regis custodiam, opinio invehementer.

Coratur dem Belius aetatem Anonymi definire, dum prosequitur. Simili
 Stili, quo in conscribendo hoc libello Auctor usus est, indolis, nihil
 in ea re potest definire, quod supra monuimus, ita sunt profecto non
 posthume nota indicia, quae non tam Bela I. Sed posterioribus illis,
 quisquis demum fuerit inter tres ejus nominis Reges, Vendicare possint,
 Anonymum. Equidem, nisi mutilum esset quantumcunque Auctoris opus
 his ~~Quibus~~ adductis Criterijs in Bela IV eum tempora haud injuncta
 reponerem. -- deponit deinde Belius criteria, quibus Anonymum Regis
 Bela IV Notarium arbitrat. Profecto enim (prosequitur Belius)

Atalicia, Vladomiria diversarum item per Ungariam Urbium, nomina
 quibus passim utitur Auctor, non credo saeculo Undecimo cui intermixit
 Bela I. tam distincta cognita vulgo fuisse, quam id observare est, sub
 saeculis sequentibus Dynominis Regibus; atque sub Bela IV imprimis, qui
 Regum Cognominum, facile gloriosissimus dici meruit, quomodo eum
 vocat noster, in his Prolegomenorum, Sed quid quid agas aetatem certe
 hominis nequaquam definieris. hucusque Sententia Belij; criteria
 ergo, quibus eum arbitrat fuisse notarium Bela IV. sunt I Urbium nomina
 quae ~~Ab~~ ab Anonymo referuntur. II quod Belam appellet gloriosissimum
 qui titulus alijs ^{Belis} minus congrue tribui potuisset. his tamen criterijs
 non obstantibus, infert. aetatem non certe hominis nequaquam definendam.

Celeberrimus Hollarius, clarissimus Commentariorum Lambecij Continuator
 suam in Supplementis Tomi I. Commentar. ^{pag. 557} de aetate Anonymi, sequentibus
 proponit Sententiam: Nomen Scriptoris huic arbitrat fuisse Petri, nec
 scio Aniam, an fallax, si dixerim, eundem hunc Petrum esse cum illo Ana-
 dianfi Praeposito cujus nomen in Diplomatis Bela IV me legisse com-
 memini. Sententia ergo Belij accedere videtur Cl. Hollarius, Anonymum
 hunc ^{fuisse} Notarium Regis Bela IV. opinione potissimum nominis Petri arbitrat.